

**A** ¶ Quia hæc dicit dominus ad me : quomodo &c.) In manifestis unam ponimus editionem, maxime ubi nulla diuersitas sensuum est. Casus in Aegypto Israelitis, & Aegyptiis, in quorum auxilio confidebant, reuertuntur in Hierusalem Cyro regnante captiui. Et

uobis Medos : & fortitudo Assyrii domini terrore C transibit atque præteriet : omnesque principes illius pertremiscent. Dixit enim dominus, atque pollicitus est : cuius dixisse fecisse est : & qui habet ignem in Sion, & caminum in Hierusalem, ut aduersarios

per duas similitudines domini, qui se fore adiutorem promiserat, fortitudo monstratur. Sicut leo & catulus leonis esuriens, si cernat ouium gregem, nulla pastorum uoce terretur, & multitudinem eorum cõscius uirum suarum despicit: sic dñs exercituum præliabit, nõ cõtra mortẽ Sion & collẽ eius, sed sup montẽ Sion contra aduersarios illius. Dicamus & aliam cõparationẽ: Quo aues ut defendant fetus suos, nidos superuolant: & siue serpente, siue hostem uiderint, auesque alias ad pullos suos accedere, oblitę imbecillitatis, rostro pugnant & unguibus: do loremque pectoris garrula uoce congeminant, sic dominus proteget Hierusalem, & liberabit eã tran-

**a** Quia hæc dicit dominus ad me: quomodo si rugiat leo & catulus leonis super prædam suam, cum occurrerit ei multitudo pastorum, a uoce eorum non formidabit, & a multitudine eorum non pauebit: sic descendet dominus exercituum, ut prelietur super montem Sion, & super collem eius. Sicut aues uolantes, sic proteget dominus exercituum Hierusalem: protegens & liberans, transiens & saluans.

**B** HEB. Cõuertimini, sicut in profundum recesseratis filii Israel. In die enim illa abiciet uir idola argenti sui, & idola auri sui: quæ fecerunt uobis manus uestræ in peccatum. Et cadet Assur in gladio non uiri: & gladius non hominis uorabit eum: & fugiet non a facie gladii: & iuuenes eius uectigales erunt. Et fortitudo eius a terrore transibit: & pauebunt fugientes principes eius, dixit dominus in similitudine

SEP. Conuertimini, sicut in profundum recesseratis filii Israel. In die enim illa abiciet uir idola argenti sui: & idola auri sui, quæ fecerunt uobis manus uestræ in peccatum. Et cadet Assur in gladio non uiri: & gladius non hominis uorabit eum: & fugiet non a facie gladii. Iuuenes eius superabuntur: petra. n. circumdabuntur quasi uallo, & uincetur: qui aut fugerit, capiet. Hæc dicit do-

dominus in similitudine auium protector fuerit super Hierusalem, in euangelio ipse testatur: Hierusalem Hierusalem quæ occidis prophetas, & lapidas eos qui ad te misi sunt: quatiens uolui congregare filios tuos, sicut gallina congregat pullos suos sub alas, & noluit! Et in Deutero nomio dicitur de domino: Expandit alas suas, & suscepit eos, & portauit eos in humeris suis.

pertransibit: philosophi quoque, & omne dogma peruersum ad crucis signum terga conuertent. Domini quippe sententia est, ut hoc fiat: cuius ignis, siue lumen est in Sion, & cibus in Hierusalem. Ignis & lumen Hebraice eisdem scribuntur litteris  $\text{אֵשׁ}$ : quod si legatur  $\text{אֵשׁ}$ , ignem sonat: si  $\text{אֵשׁ}$ , lucem. Hoc ideo dictum est, quia pro igne quem solus interpretatus est Symmachus: Aquila & Theodotio lumen transtulerunt. Quid sibi uelint, quod in Septuaginta legitur: Petra circumdabuntur quasi uallo, & uincetur: qui autem fugerit, capietur: scire non ualeo.

**b** ¶ Conuertimini sicut in profundum recess. &c.) Pugnantem dominum super montem Sion contra aduersarios eius, & protegente eam instar auium. Conuertimini o filii Israel: siue ut Symmachus translulit: Agite penitentiam, qui profundo consilio atque peccato a domino recessistis. Si enim hoc feceritis, abiicientes idola aurea atque argentea, quæ uobis fuerunt in peccatum, propter quæ urbs uestra capta est: cadet Assur, cuius metu nunc fugitis: non gladio hominum, nec exercitus robore, sed dei potentia. Significat autem angelum, a quo centum octogintaquinque millia Assyriorum una nocte deleta sunt. Ipse quoque rex Assyrius fugiet: non hominum gladium, sed iram dei: ita ut iuuenes illius atque robusti, uectigales fiant Medis: de quibus supra contra Babylonem dicitur: Ecce ego suscitabo

fortitudo, & petra illius circumdabuntur quasi uallo, & uincetur: qui autem fugerit, capietur: scire non ualeo. Nisi forte hoc possumus dicere: quod iuuenes regis Assyrii, qui uincendi sunt atque capiendi: ita circumdabuntur petra, hoc est, fortitudine domini, quomodo uallo circumdatur ciuitas. Porro quod sequitur: Beatus qui habet semen in Sion, & domesticos in Hierusalem: sic interpretari possumus: ut dicamus presentis loci sensui conuenire, quod exhortetur sermo diuinus fugientes in Aegyptum, reuerti in Hierusalem, & filios procreare. Cui tanta beatitudo promittitur, ut domini defendatur & protegatur auxilio. Et in alio loco de ea scriptum sit: Erit gloria domus huius nouissima super priorem. Quod & ad ecclesiam

Matth. 23. b  
Deut. 32. b  
Infra 37. 8  
Sup. 13.

Agg. 2. b

fiam